

Alte Drucke

Hypotypōsis hygiainontōn logōn, Sive, Forma Sanorvm Verborvm

Breithaupt, Joachim Just

Halae, 1707

VD18 14853671-005

APHORISMVS X.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-174421

Phæn. V. p. 419. qui & Lutherum de tribus animæ proprietatibus disserentem, citat. Konigius Theol. Pos. P. II. p. 70. seqq. D. Breithaupt. Institut. Theol. L. II. c. I. p. 88. seqq. Idem Thes. Cred. & Agend. L. I. c. II. seqq. Th. I. seqq. p. 21. seqq.

APHORISMVS X.

De Lapſu;

Cauſſa peccati;

Malis ex Lapſu

orientibus; Pec-

cato item origi-

nali & actuali;

Induratione, &

Peccato in Spi-

ritum Sanctum.

Gen. 3, 2 Cor.

11, 2, 3. Rom. 5,

12, 14. sq. 1. Tim.

2, 14. Ioh. 8, 44.

Gen. 2, 17. Rom.

6, 6. c. 7, 17. 18.

& 20. Heb. 12,

1. Gen. 5, 3

Marc 7, 21.

seqq. Rom. 6,

22. & c. 8. II. 1.

Ioh. 1, 8. Rom.

6, 6. 12. 14. c.

7, 14. Pf. 19, 13.

14. Gal 5, 19.

seqq. Act. 13,

45. 46. Heb. 6,

4. seqq. c. 10,

26. seqq. col.

Matth. 12, 31. 32.

SEd enim vero in concreata hac integritate homo non perſtitit, verum aſtutia Satanæ, & propriæ abuſu libertatis, qui in infidelitate erga Deum, & amore ſui inordinato, ipſaque adeo legis diuinæ transgreſſione, conſiſtebat, triſtiſſime la-
pſus eſt. Certe enim Deus, qualem condidit, talem perpetuo eſſe voluit hominem, ac proinde ei ad lapſum cauſſa, neque phyſica, neque moraliſ exſtitit. Sic ergo amiſſa integritate, corpus peccati, cum pœna legi paradifiacæ adnexa, illi-
co ſucceſſit; quod naturam hominis profundiffime omnino corrumpit, haud tamen factum eſt ipſa hominis ſubſtantia. Peccante autem ita Adamo, non vt priuato quodam homine, ſed fœderali totius generis humani capite, participatiue peccavimus omnes; peccatiſque ipſius labes, & culpa & reatu conſtans, in nos propagata eſt, ceu fons, origo & radix, actualium peccatorum omnium: quæ, ſublato per luſtificationem reatu, in ipſa dein Sanctificatione, collatis gratiæ diuinæ viribus, quamvis ita hebetetur & retundatur, vt homini dominari nequeat; manet tamen vere peccatum, ſemperque adhæret homini ac propullulare niti-
tur.

tur. hinc, si præter voluntatem, ex ignorantia, imbecillitate vel præcipitantia fiat apud renatos peccatum, quod gratia Dei reprimatur, veniale est; sin ex destinata voluntate dominatum obtineat, mortale est: idem ipsum, accedente Dei & mediorum salutis contemtu malitioso, induratio sequitur iustissima. Huc & peccatum in Spiritum S. referimus, sed ita, vt antegressam veram illuminationem, & spontaneam ac finalem veritatis cælestis abnegationem supponat; id quod irremissibile est.

Debita lapsus & peccati originalis & actualis consideratio, non vtilis tantum, sed summe etiam est necessaria. *Beneficia enim Christi, non poterunt intelligi, nisi intelligamus mala nostra.* Apol. A. C. p. 59. l. 10. Prodest adhæc (pie observante B. Chemnitio LL. Th. P. I. p. m. 240. col. b.) ne Christiani securi fiant, sed vt intelligant, militiam vitæ suæ rem esse, omnium difficillimam; vtpote in qua cum tot bestiis in propria sua carne latitantibus sit depugnandum. Vnusquisque ergo verorum Christianorum vna cum Paulo 1. Cor. IX. 27. proprium suum corpus contundat, & in servitutem redigat, ne reprobus fiat; quod quidem precibus per Christum assiduè obtineri a Patre cælesti posse, B. Vir simul tradit. Lege eandem in rem Gerhardum LL. CC. Tom. II. de Pec. Or. c. X. p. m. 156. & de Pec. Act. c. XXV. p. m. 203.

CONSENSVS ORTHODOXORVM.

Libb. Symbb. A. C. Art. II. p. 9. 10. & Art. XIX. p. 15. Apol. A. C. p. 50. seqq. Epit. p. 572. seqq. Declar. p. 639. Artic. Smalc. p. 317. &c. B. Lutherus, Tom IV. f. 556. & passim. B. Chemnitius LL. Th. P. I. L. V. p. m. 131. seqq. & L. VII. p. m. 196. seqq. &c. D. Breithaupt Instit. Theol. L. II. c. 11. p. 116. &c. 111. §. 1. 11. p. 165. seqq. Id. Theol. Cred. & Agend. L. I. c. 111. p. 39. L. II. c. 1. p. 52. seqq. c. 11. p. 83. seqq.